


Johann Jacob Döbel Johann Carl Schlakow

Exercitationum Academicarum De Ovis Secunda

Rostochii: Richelius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73012536X>

Druck Freier  Zugang



RU. med. 1676.

Johann Jakob Döbel, Praes

Johann Karl Schläger, Resp



NUM ACADEMICARUM

OVIS

ECUNDA,

Quam

ANCTÆ TRIADIS

ISPICIO,

ÆSIDE

VIRO

XCELLENTISSIMO, ATQVE
ERIENTISSIMO,

ANN-JACOBO

IO, MED. D. P. P.

, & Facultatis Sux Decano,

Hospite, ac Præceptore suo summè
venerando,

uditorum Examinii

CITII GRATIA,

vij. M. DC. LXXVI.

oaterio maximo

submittit

OLUS SCHLACOVIVS,

ano-Boruffus.



Typis RICHELIANIS.



M. EXERCITATIONUM ACADEMICARUM

DE OVIS

SECUNDA,

^{QUAM}
SACRO-SANCTÆ TRIADIS
AUSPICIO,
PRÆSIDE

VIRO

NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO, ATQUE
EXPERIENTISSIMO,

DN. JOHANN-JACOBO

DÖBELIO, MED. D. P. P.

Civitatis Physico, & Facultatis Sux Decano,

Domino Avunculo, Hospite, ac Præceptore suo summè
venerando,

Publico Eruditorum Examini

EXERCITII GRATIA,

d. Maij. M. DC. LXXVI.

In Acroaterio maximo

submittit

JOANN-CAROLUS SCHLACOVIVS,

Gedano-Borussus.



Rostochii, Typis RICHELIANIS.

VIRIS
Generosis, Per-Magnificis, Nobilissimis,
Consultissimis, Amplissimis,
DNO. GEORGIO

â Bömeln /

Magnæ Gedanensium Reipublicæ PræCon-
suli magno, & h. t. Præsidi gravissimo,
Avo suo summè venerando,

DNO. GABRIELI

Grumbausen /

Præ Consuli itidem longè meritissimo,

DN. JACOBO WESHOFF /

Consuli Spectatissimo, Affinibus maxi-
mè suspiciendis,

DN. JOHANNI SCHROEDER /

Secretario ejusdem Reipublicæ Primario,

Parenti filiali affectu prosequendo,



*Submississimâ animi devotione,
obsequiosissimoq; observantia cultu,
hoc, quicquid est, primitiarum Academicarum,
Sacrum esse voluit*

JOH. CAROLUS Schlatow
RESPONDENS.

I. N. J.
EXERCITATIONUM
DE OVIS

SECUNDA,
TANGENS DEFINITIONEM REALEM ET PARTES
CONTINENTES.



AD realem Ovi definitionem descensurus, præmonendum habeo: Ovum proprie dictum necdum ab æquivocatione penitus esse liberatum; sed etiamnum latiori modò significatui, modò strictiori adstrictum. Prout enim haud sui sunt animantis speciei propagandæ apta hypenemium, ostracodermo malacodermum substitu-

Resp.
JOHANN-
CAROLO
SCHLA-
COVIO,
DANTIS-
CANO.

tum, urinum, reqvie irritum aut evanidum, aliave quâ corruptelâ depravatum; etiamsi Ova sint proprie dicta: ita solum, strictiori sumtum sensu, hoc est fœcundum, Conciliatori differens. 69. dicitur potentia animal, ex ovificantis superfluo productum. Aristoteli, I. Histor. anim. 5. definitur: ἐξ ἑξίστεται τὸ νόουενον ζῶον ἐν ποιεῖ τὴν ἀρχὴν, τὸ δὲ ἄλλο λογὸν τὸ νόουένον ἐστὶ. cuius ex parte principio animal consistit; reliquum verò ei, quod gignitur, est alimento.

II. Isthæc verò quò capiamus promptius; partes Ovi continentas, contentas, atque impetum facientes, aliquatenus censeo prælibandas.

III. Continentium aliæ sunt Ostracodermis; aliæ Malacodermis. Illa, testâ & tunicis: Hæc, molliori tantum tunicâ, quantum hæctenus observatum, sunt vestita. Priorum exempla suppeditant Aves, quadrupedum Ovipara, pars aliqua Serpentium: Posteriorum; Pisces, Cartilaginea, Crustacea, Mollia, Vermes.

IV. Testa, quasi tosta, quod, ad modum testæ figulinæ, è molli materiâ, credita sit torreri, Aristot. II. gener. anim. 6, h. 1. est exterius Ovi operimentum. Veteres etiam testu, velut ge-

D 2

uu, dixit.

28 nu, dixisse; ex Catonis verbis, R. R. c. 75. in foco caldo, sub testu II
coquito leniter, alii volunt. Eo tamen loco testaceum tegmen,
seu diploma notatur, sub quo placentæ, spiræ, & id genus alia co-
quantur. Petroni⁹ neutro judicatur genere protulisse: *Satyric. p.*
m. 191. l. m. s. Nec dum superaveram cellula limen, quū animadverto 5
Enotheam cum testo ignis pleno venientē. Sed, uti neutrum allato-
rū exemplorum satis rectum determinat casum; ita posteriori
intelligitur etiam ollula, quā veteres, æque ac nostratium pau-
peres vel desides, ignem à vicinis petere solebant. Unde Corfi-
nius ad Herennium: l. 4. *Hic de tanto Patrimonio, tam citò, te-* 10
stam, quā sibi petat ignem, non reliquit. Et Ovidius alicubi:

Hic ignem curto fert rusticata testlo.

V. Aristoteli IV. *Histor. anim. 4. § 1. Gener. anim. 8. ὄστρακον*
vocitatur: unde & ova ostracoderma, h. e. testacea dicuntur. In
Glossis medicis mendosè ὄστρακον; emendatè, παρὰ τὴν ἑρπυλιν, à con- 15
tegendo, ὄστρακον, velut tectum, fornix, ac concameratio legitur.

VI. Quæ alia passim apud Veteres, cū Græcos tūm Latinos,
Synonyma occurrunt: Plantarū, seminumq; vegetabilium invo-
lucris cōmunia deprehendo. Suidas τὸ λεπυρὸν τῶ ὄστ, ἀπὸ τῆς λέπτου,
à decorticando vocat. Idē verò est, quod Hippocrates IV. *de Nat.* 20
Puer. 24. τὸ ἐξω λεπύριον, exteriorem corticē appellat. οἷον εἰ τις ὄστ
ὡμῶς τὸ ἐξω λεπύριον περιέλθειεν, velut si quis Ovo crudo externā testam
circumcirca adimat: & §. XLI. 23. de utroq; loquens involucro, fa-
retur, ὁστέων κατὰ τὴν τὸ ὄστρεον, ἵππὸ πῖσι ΛΕΠΥΡΙΟΙΣΙ ἔ, ὡστ, ὑγρὸν ἐνεῖται
ἔδεν. *Ubi exclusa est volucris, nullum humorem testis Ovi inesse.* 25
Nec min⁹ tamē hoc ipsū nominis §. XXIII. 15. cortici seminis plan-
tarū accommodat; ὁστέων κατὰ Βεβαίως ῥιζώη τὸ Φυεῖν, καὶ τὴν τερροφὴν ἀπὸ
τῆς γῆς ποιήσαι, τίνα ἤδη ἐφάνηται πᾶν τὸ σπέρμα, καὶ ἀνήλωται εἰς τὸ Φυεῖν
πλὴν ἔ ΛΕΠΥΡΙΟΥ. *Postquam planta jam firmiter radices egit, & a-*
limentum à terrā sumit; tunc sanè totum semen evanescit, & in plan- 30
tam consumitur, præter corticem.

VII. Aristophanes, in *Avibus vers. 676.* postquam formosam
mulierem, vel meretricem, quæ fucata & quasi larvata in Scenam
prodierat, osculo se excepturum, non nemo jactasset; λέμμε
dicit:

ἄλλ'

II.

Ἄλλ' ὡσπερ ὄν, ἢ Δί' ἄπολέψασα χερσὶ
Ἄπὸ τῆς κεφαλῆς τὸ ΛΕΜΜΑ, καὶ θ' ἔτω Φιλῆιν.

*Sed tanquam Ovum, per Jovem! decorticare oportet
A capite squammam, & postea osculari.*

Idem λέμμα tribuitur apud Hippocratem II. *Morb. Mul. X. 3.*
cucumeris sylvestris cortici: qvin omni plantæ, seminis vè tunicæ,
in genere apud Theophrastū accommodatur. *Histor. Plant. IV. 12.*

VIII. Lycophroni, δὲ τὸ Ἐκαλύπτεται, ab operiendo, κελύφεται
audit. *Cassandr. vers. 89.*

Κελυφάνω σεβίλον ὄσρα κωμένην,
Ovi testâ rotundam circumtectam,

Eopse verò nomine Dioscorides l. I. c. 41. Nucum; Theo-
phrastus, *de causis plantar. V. XXVIII. 2.* Fabarum putamina in-
tendit. Plinius H. N. XXVIII. 2. calycem, folliculum cete-
roquin, sive floris, seminis, & fructus arborei capsulam significan-
tem, dicit. *Huc pertinet ovorum, ut exforbuerit quisq; calyces
protinus frangi. Qv. Sereno, de solut. ventris & dysenteria p. m.
18.* Corticis voce exprimitur, & arboris librum, & qvamlibet
aliarum rerum crustam, ad tegendum datam, significantes.

Torridus è vino cortex potabitur ovi.

Sed verò, & ipsi Germani, communi corticis nomine, addu-
ctam testam eine Eierschahl vocitantes, contenti sumus.

IX. Hanc vocum communionem Lingvæ esse penuriæ im-
putandam, non repugno. Interea, respexisse simul Naturæ-Con-
sultos, Σοφολογίας potiùs, ac vulgaram hodie Λογοσφίας aut, ut a-
pud Athenæum IV. 15. Cynulcus; & Cicero in *Partit. XXIII.* ap-
pellant, λογοδιάρροια, profluentiam loquendi sectantes, ad insignem,
qvæ cum Plantis, harumq; in specie Seminibus, ovis hisce inter-
cedit analogiam, haud ambigo profiteri. Enim verò, naturam
Seminum Ovis esse proximam, Theophrastus innuit. Nec incon-
gruè Empedocles, ὡς τὰ κῆτι μακρὰ δένδρα, arbores excelsis ramis οὐα
gignere dixit. *conf. Harvej. Exerc. de generat. animal.* Ipse Hip-
pocrates XXIII. & XXXV. de Nat. Puer. Naturam omnem, & ex
terrâ nascentium & Hominum, consimilem fatetur. Idem §.
XXXVI. comparationē instituit, inter generationem Homi-

D 3 nis &

30 nis & Volucris ex ovo: deniq; §. XLII. secundum hanc ratio- II
nem, etiam animalium ceteris partum advenire, concludit. A-
ristoteles quoq; I. *Gener. anim.* 23. sine, testâ intectum genus O-
MNE, animalne sit an planta, ambigit: & III. *Gener. anim.* 2. ani-
malibus illud partim adsimilat, partim plantis. Quæ quidem, f
utut de testaceis veniant animalibus propriè intelligenda; ovis
ramen etiam, velut inter animal & non-animal mediis, haud ap-
plicaveris indignè: ut elegans prorsus, pullos inter & pullulantia,
Paronymia exurgat.

X. Est, scilicet, quodcumq; Semen, velut ovum dictum, 10
gemino protectum operimento, pulvinati primùm calycis, mox
putaminis lignosioris: durioris quidem pariter ac crassioris, ubi
inollius & pingvius; tenerioris verò, ubi siccus & densus fuerit
observatum. Qui lithospermis simplex tantùm adjudicant; vel 15
miliam Solis haud videntur satis examinasse. Cujuscujus autè
coloris fuerit involucrū: medullâ gaudet, albedine ad volucrum,
omniumq; animantium semen genitale accedente. Hæret O-
vum utero, dum generatur, parte acutâ: atq; hæc recipit princi-
pium genitale Maris, servatq; receptum. Principium seminis 20
activum, Corculum, eâ est parte, quæ aut ramo, aut putamini,
aut pulpæ adhæret. Quæ etiam bivalvis fabarum strues, & ce-
terorum id genus conjungitur: hæc seminis est principium no-
randum. Pars Ovi acuta, nisi fuerit incorruptè fœcunda-
ta; totum Ovum manet infœcundum. Corculo seminis cor- 25
rupto; pullulat omninò nihil: servato corculo; nihilo germen
pullulat minus, reliquum licet corporis vulneratum sit, aut quo-
modocumq; rosum. Ne itaq; in conditorio progerminet semen;
rodunt formicæ muresq; principium germinis, priusquam re-
condant. Præter Efficiens, Materiam simul animantis, ovo 30
Natura junxit, cibiq; satis in incrementum adjunxit. Sed
& Semen fœcundum Principio plantæ producendæ, cum activo,
tùm passivo; sive, formali & materiali; hocq; & constitutivo est &
nutritivo dotatum. Generatur planta, quum producitur se-
men: ubi pullulat è semine; perficitur, quæ erat imperfectè ge-
nerata. Inest verò pulpæ alimenti satis, quo nutriatur germen,
donec

donec radicetur. Non producit Ovum pullum; nisi adæqvato calore fotum: nec sese Semen exerit, nisi igne excitatum externo. Prodit in lucem pullus, parte ovi acutâ: & seminis, terræ in alveolis, velut nido foti rigatiq; corculum, rumpitur primùm, dum germen erumpit. Exclusus Ovo pullus; alimentum demum qværit externum: & erupto demum germine, corculum infernè radices agit fibrasq; vehiculo, venis & arteriis animalium respondententes. Illæ succum nutritivum è terrâ in radicem & germen corpus; Hæ, crudum succi & superfluum, ulterius præparandum, è corpore in radicem derivant. *conf. ad Hippocr. d. Nat. puer. XXV. XXXII. Laurenberg. Horticultur. l. 1. c. 17. §. 3. 4. 14.* Præter habitaculum, sive subsistendi locum, & nidum qvæsi, nihil terram veriùs ac nonnihil, ad plantæ facere incrementum; inter alia, Helmontii experimentum evincit. Hoc ille truncum salicis qvinq; librarum, terræ, in clibano arefactæ, vasiq; fictili immissæ libris ducentis implantavit, affusâq; subinde aqvâ pluvîâ, exacto qvinq;vennio, pondere foliorum, qvaterno autumno deciduorum, non computato, arborem centum sexaginta novem librarum, & trium circiter unciarum; terram verò vasis, denuò siccata, ducentarum librarum, duabus circiter unciis minus, recepit. *v. Ejus tr. de complexion. figment. §. 30. p. m. 88.*

XI. De testæ dictæ generatione Aristoteles: I. gener. anim. 8. Testa efficitur, calore externo evaporante humorem. Humor is voce qvisqvis extimum intelligit albuminis, ad modum crustæ induratum, ex eâdem farinæ massa, in furno excitato, superficietenùs interiori panis medullæ obductæ; nimirum aberrare videtur à scopo. Ut enim taceam: qvamlibet testarum futuram albam, si hac sese ratione deberet albo; certum est, suo qvamlibet ovo, à conceptu ad partum, mollioris & densiusculæ tunicæ formâ jam esse obtexam; cum eo indies incrementum sumere &, perfecto demum ovo, solidiorem quidem evadere; mollem tamen exire, nec, nisi editam, ad contactum aëris durescere, siquidem haud depravata fuerit; sed naturæ lege consummata. Humor itaq; haud partium Ovi contentarum; sed ipsius tunicæ exteioris est intelligendus. Calor evapo-

32 evaporans, internus quidem testæ est, ex principio seminali, II.
tantam talemq; habens motionem & actionem, quanta ad e-
jus requiritur perfectionem. Hic si deficiat vel excedat; im-
perfectum producitur efficiendum, aut corruptum, aliove, 5
quo modo mancum: uti in iis notamus, quæ foris, ad cibum, ali-
umve usum, coqvuntur igne. Sed in his caloris motum nos
moderamur: in illis accommodat natura gignentis. Hinc ca-
lor externus dicitur Philosopho, respectu testæ; qui est, ovipa-
ri animantis respectu, internus. Is circa oviparorum Septum
calidissimus observatur: unde maximè, cū ovo, testa quasi ma- 10
turatur & perficitur juxta septum. Hoc sine, omnium, perfe-
cta ova edentium vulva, necessariò ad septum; imperfecta pa-
rientium, infra collocata. Nec est, quod calorem loci vaporoso-
sum dicas, non evaporantem: aut etiam à gallinâ, post partum,
aliquandiu demum fovendo communicatum, dictum opineris 15
externum. Quàm enim, ab humidi adæquatè objecti & resolu-
ti vaporibus, omnis evaporans calor redditur vaporosus: ita,
de externo calore Opinio non ad veritatem ducit; sed ab
eâ, æque ac Autoris sententiâ, seducit. *conf. Arist. III. gener. a-*
nim 2. Adde quod, ante absolutam maturationem, debitamq; 20
humidi evaporationem edita, mollis maneat testa, vel ad cor-
ruptionem ovi, aëri gallinæve relicta.

XII. Videtur nimirū materia ad Alcalium classem referenda.
Mollefcit ac resolvitur acido tantò citiùs, quantò hoc depre- 25
hensum fuerit acrius: ut per annulum quoq; feratur posse mitti,
vel angusti colli phialæ, quod mihi tamen non successit, im-
mitti. *Plinius H. N. X. 60.* contra aquæ calidæ, acidum
diluenti immersa, resiccatur & indurescit. Quin & morbis,
ex acido dependentibus, haud minus, ac canerorum oculi, co-
gallia, margaritæ, contrariatur adeò: ut lixivio, ex vino Rhenano
& testarū cinere parato, semelq; tantum assumpto, octogena- 30
rium, ab urinæ stillicidio, integrè Dodonæus prædicet restitu-
tum. *Observationum. c 48.*

XIII. Est verò ratio Alcalium: uti alia quidem, humore ab
interno calido siccato, conficiantur, velut Ossa; alia, vel mediis
sub undis

11 sub undis durefcant; ut Crustaceorum tegumenta: alia ad liberio- 33
ris aëris contactum demum, humoris pauxillo, quo prædita sunt,
ocyus seriùs evaporante, duram consistentiam assumant; ut O-
vorum testæ, Animalium cornua, rostra, ungulæ, ungues. Can-
5 crorum oculi & Margaritæ, pelliculas quidem interiores, vel in
loco natali, exhibent induratas: exterior tamen lenta & pultacea
quasi, donec eximatur, observatur. Idem lapidis Bezoar tunicis
evenire, haud improbable venit. Qvin &, ex Regno minerali,
Succinum in mari esse liquidum; Muscæ, Culices, & id genus alia
10 declarant, circa ejectionem è mari in littus, antequam dure-
fcant, ei involantia, conatuq; evolâdi irritò tam altè se insinuantia,
ut jucundo plane spectaculo, cruribus communiter divaricatis,
alisq; distentis, indurefcanti immortua notentur. Nec minus Co-
rallia, in aquarum profundo mollia, ad aërem elata, lapidescere
15 dicuntur. Ego auri mineram asservo, colore lacteo: quæ, in ma-
trice, & lacteâ fuit consistentiâ deprehensa.

XIV. Finis testæ alius est ante partum, alius in partu, ali-
us post partum. Ante partum est, Primò: suum quodq; Ovum,
in Racemo, ab aliis distinguere, horumq; confusionem præcave-
20 re. Secundò: ope appendiculæ umbilicalis, sive pediculi, ὀμφαλόδι
ἰσφραλόδι Græci vocant, parte acuminatâ, sui racemi Calyculo, ad
glandium, Quercûs capulis innascentium similitudinem, inhære-
re; donec ille, Ovo increfcante, obtendatur latiùs ac minuatur,
hocq; perfectò, mucro exitum compleat. Tertiò: Vasorum
25 coronariorû, per calyculum, velut in Corculo & ipso Corde, distri-
butorû extremitatibus, nutrimenti apponendi gratiâ, transitum
præbere. Quarto: cum Ovo indies, ad exclusionis tempus,
incrementum & perfectionem capere, eiq; magnitudinem & fi-
guram conferre. In partu est: emissionem Sui absq; vulvæ la-
30 ceratione promoverè. Post partum, Primo: contentis, ne pu-
trescant, ventilandis aërem adæqvatum &, sub exclusione qua-
licunq; præter aërem, etiam Calorem, Seminis facultatem in a-
ctum deducentem, undiq; administrare. Secundo: tutelæ esse
adversùs foris incidentia detrimenta leviora, ipsamq; adeo gal-
linam, incautiùs aliquando incubantem. *Aristot. III. gener. an. 3.*

E

quan-

¶ 4 quandoquidem, læsâ leviter testâ, contentum totum incipit II
corrumpi.

XV. Magnitudo rationem communiter ad Genus, Anni
tempus, Parentis ætatem, Patris participationem vel negationem, Partûs numerum, Partum deniq; habere notatur. Et con- 5
veniebat equeidem communi Naturæ lege, Ova, Oviparorum
majoribus, majora; minora, minoribus edi: sed Crocodilus flu-
viatilis, maximum animal, Ova non majora, quam Anseris, parit,
fœtusq; inde exclusus proportionem est. Attamen crescit ad XV.
cubita. *Arist. V. Hist. 33. fin.* Plinius eum, quàm diu vivit, augeri; 10
nec aliud animal, ex minori origine, in majorem crescere magni-
tudinē confirmat. *H. N. VIII. 25.* Ceterum, minima, procul dubio,
ex testaceis Ova, sunt Ranarum: Reguli, avium minimæ, tam sunt
parva, quàm est pisum. Columbarum, Nucem moschatam pa- 15
rum superant. Mediocria sunt Gallinarum domesticarum, Fu-
licarum, Arqvarum: his majora, Anserum, Ciconiarum,
Cygnorum, Gallinarum Indicarum. Avis maximæ, Struthiocame-
meli, maxima: quibus tamen, quæ sunt apud Clusium, *Exo-
tic. p. m. 99.* avis Emeu, parum cedunt. Ad anni tempus quod 20
attinet: in Gallinarum genere optima est fœtura, quæ ante
Vernum æquinoctium editur. Post Solstitium nata, non
implet magnitudinem justam, tantoq; minus, quânto seriùs pro-
venit. Exiisdem gallinis Pullastræ pariunt plura, quàm Vetu-
læ; sed minora. Quin & in eodem fœtu, prima & novissima, ce- 25
teris observantur minora: contrà decimum quodq; maximum
censetur, unde majora Festo Decumana dicuntur. Hypenemia
Aristoteles minora notavit ex coitu natis, quasi imperfecta minus
augecant. *III. Gener. anim. 1.* Sed omninò in avium gene-
re, ne ea quidem Ova, quæ per coitum oriuntur, magna ex par-
te augeri possunt; nisi coitus avis continetur: quòd haud suffi- 30
ciat unus fœcundationi omnium conceptorum. Ovario
solito numerosiore existente, ova Vis nutrimenti, ni-
mis distributi, minora reddit. Sed etiam loci angustia in-
cremento officit multorum adeò, ut plantæ etiam minus lætè;
sed se ipsis quasi teneriores & minores succrescant, quarum se-
men justo fuerit spissius Terræ commissum. XVI. Qvan-

II XVI. Quandoquidem verò haud rarò Ars Naturam iuvat; 35
sic ovum quoque magnum alii producere conantur, rubricam
dissolutam gallinarum pabulo admiscendo, aut testam laconi-
cam tusam, vinoque; & furfuribus subactam, globulorum s. Pilu-
larum formam obijciendo. *Wecker. Secret. VIII. 2. p. m. 262.* Alii
5 testæ tusæ acetabulum unum, ad duas furfuris Chænicos mixtum,
in escam proponunt: *Pedemontan. Secret. p. m. 325.* fortè, quod
terrestria hæc & alcalisata corpora majorem testis materiam, ob
analogiam, suppeditare credantur. Optimè omnium præbe-
10 tur, ad satietatem, hordeum semicoctum: nam & majus facit
ovorum incrementum, & frequentiores partus. Sed is cibus
quasi condiendus est, interjectis cytisi foliis ac semine: quæ u-
traque; maximè putantur avium fecunditatem augere. *Colu-
mella R. R. VIII, 5.* Vinacea, quamvis tolerabiliter pascant, da-
15 ri non debent, nisi, quibus anni temporibus Avis foetus non e-
dit: nam & Partus rari redduntur, & exigua Ova. Ludicrum est,
quo Pedemontanus l. 7. *Secret. p. m. 325.* ovum Hominis capite
majus intendit. Jubet decem, vel plures, ab albumine suo se-
paratos vitellos, leviter commisceri, rotundaque; illigatos vesicæ,
20 ad duritiem, vel donec bullæ intumuerint, in aquâ coqui; post,
exemptam è vesicâ massam induratam, albi sui meditullio impo-
ni, coctionemque; donec ovi, testâ privati, forma appareat, repeti-
tùm verò testarum omniùm evacuatarum, mundatarum, in alcohol
redactarum, atque; aceto, donec unguenti præ se consistentiam
35 ferant, maceratarum Magma, velut corticem, excocti Ovi superfi-
ciei, penicillo induci, claraque; superinductum aquæ, ad indure-
scendum, immitti. Sed huic ego lactucæ, quocumque; paratur
modo, mea vix applicaverim labra.

30 XVII. Circa Figuram varius occurrit Naturæ lusus. Quod
se Albertus Ovum geminam refert testam vidisse, prorsus sphericum
fuit. Nec minus ego memini, me aliquando tale conspici:
sed exiguum adeo; ut columbini magnitudinem vix superaret.
Ornithologus oblatum sibi fatetur, cujus testa, extremitatum al-
teram, cucurbitæ instar, in angustum se colligeret collum. Sic
Gallinaceum, exactè Pyrum referens; & Anatis caudatum, ex

36 communicatione Dn. Garmanni, in primo *Natura Curiosorum* II.
Germanorum Anno, observatione 140. offendes. Frequentissimè
& naturaliter obtinet, velut superiori Exercitatione dictū, Sphæ-
roides notari: utut aliud longius, & fastigio quasi cacuminatū; a-
liud minus longū, & fastigio latius existat. Sphæroides est: qvò
nulla sit figura ad motum facilior, nec ulla capacior, orbiculari. §
Sed alterâ parte obtusior est, latior, amplior; alterâ acumi-
nata: qvòd illa, partibus pulli grandioribus, crassioribus, latiori-
bus; Capiti, Thoraci, Alis: Hæc, Pedibus, longitudinem postu- 10
lantibus, sit fovendis. Quantumvis enim complicatus sit in
testâ Pullus, ut caput supra dextrum crus, ilibus admotum; alam
super caput positam habeat: *Arist. VI. Hist. an. 3.* longitudinem
tamen aliquam requirit.

XVIII. Hanc Testæ figuram haud in partu imprimi, vel in- 15
de colligas: qvòd conspiciatur jam ante partum. Differentia
tamē longitudinis & cacuminis fastigiati, ex magnitudine partim
Ovi pendet, partim peristaltico oviductūs, solutum calyce Ovum
recipientis, inq; ulteriorem perfectionem aliquandiu servantis
motu, aliquatenus adjuvari videtur. Hujus namq; pars, Vulvam 20
respiciens, dilatatur paulatim: ad Ovarium reflectens, paulatim
comprimitur, donec emittatur, qvòd erat admissum. Ejusdem
certè Gallinæ Ova, qvò sunt majora; hoc, ex compressu, videntur
teretia magis: qvò minora; hoc, ex facilitate transitūs, globo-
siora,

XIX. Parte testæ acuminatâ recipi principium Maris geni- 25
tale, indicatum est supra: namq; immediatè Racemi calyci hâc
hæret parte. Globosiore contra Ovum exit, dum gignitur: quia
servat, ad exitū, eundē, qvò ex Racemo Oviductui immisū erat,
situm. Sed & molui peristaltico hic exeundi modus responderet.
Adhæc, præcedentem partem latiore sequitur expeditiūs, quæ 30
est angustior: Hâc præcedente, manent obstacula latiori. Nec
aliâ de causâ ipse Fœtus humanus Capite, velut parte corporis
majore, exitum naturaliter molitur. Deniq; latiore prodiens
parte Ovum, deponitur mollius: mucrone si prodiret; impetu
elideretur majore.

XX. Præ-

H XX. Præter ortûs rationem, visa hæc est figura 37
ra, in genere Gallinaceo, Gustum pariter ac Sexum mutare.
De utroq; Horatius: *l. II. Satyr. IV. vers. 12.*

Longa quibus facies Ovis erit, illa memento

Ut succi melioris, Et magis alba rotundis

Ponere, namq; marem cohibent callosa vitellum.

Experimentum gustûs, succiq; melioris, nî fallat, ex majori maturatione; maturatio, ex longiore calidi administratione; hæc, ex longiore detentione in oviductu; hæc, ex difficiliore emissionem, motu peristaltico promovendâ; hæc, ex Ovi magnitudine; hæc, ex majori Principiorû constituentium copiâ ducenda. Sed, fallax esse & heic Experimentum, patet: quòd hypenemia oblonga fœcundis globosioribus sint minùs suavia, quia minùs concocta; ac dulcius in quovis genere, quod est concoctum magis. *Aristot. III. Gener. anim. 1. conf. Rhasin. ad Mans. l. 4. apb. 21.* Adde, quòd referant Ova aliquando pabuli saporem, quo fuerant gallinæ saginata: *Helmont. adit. præclus. S. 3. p. m. 444. it. Butler. p. m. 471. 472.* ut Sapor haud sit ex figurâ ovi judicandus.

XXI. Circa opinionem de Sexu, videntur Poëtam Villicus & Historicus sequuti. *Columella, IX. R. R. 5.* quùm voles quàm plurimos excludi Mares, longissima ova; & rursus, quùm Feminas, quàm rotundissima subjici jubet. *Plinius X. H. N. 52.* Feminam edere dicit, quæ rotundiora gignuntur ova; reliqua, Marem. *Contra Aristoteles, VI. Hist. anim. 2.* Ἐστὶ δὲ τὰ μὲν μακρὰ, καὶ ὀξεία τῶν ὠῶν, θηλεία. Τὰ δὲ στρογγυλά, καὶ περιφέρεια ἔχοντα, κατὰ τὸ ὄζυ, ἀρρενα. *quæ oblonga, inquit, ova sunt, Et fastigio cacuminata, Feminam edunt: quæ autem rotundiora, Et parte sui acutiore obtusa, orbiculum habent, Marem gignunt.* *Marcellus Virgilius,* postquam Aristotelis & Columellæ sententias, ut credebat, contrarias recitasset: *esse sane, addit, in Naturâ gravem autorem Aristotelē: Columellam tamē villaticam passionem ex quotidianâ observatione Et experientia docuisse. Nec nostrum esse, inter tam graves autores, tantas componere lites. Ast facilem esse compositionem, facile judicârit: quisquis mangonium ex Alberto notaverit, in Philosphi textu, Ille, VI, de Animalibus, introducit Aristotelem*

38 lem docentem, quod ovis longis & acutis Mares; rotundis, Feminæ producantur. Hoc verò omninò fallum censet ex Scripturâ perversâ, non verò Philosophi dictis: propterea, quod dicat Avicenna, ex rotundis & brevibus Mares & Gallos; ex longis & acutis, Gallinas produci, Hujusq; effatum cum Ratione & Experimentiâ, quam in ovis sibi respondentem Albertus testatur, concordet. Convenit itaq; Alberti tempore, Philosopho cū Villico, Historico, & Poëta, textusq; fuit integer, qui malè est corruptus judicatus. Hodie, quod voluit quidem discipulus, legitur in Magistro: quò videatur ab Ovo Gallina reformata. II.

XXII. Sed quæ est Ratio discipuli, & quod experimentum corrigendi allatum? Rationem depromit ex Avicennâ: quòd virtutis perfectio in masculinis ovis ambiat equaliter, & contineat extrema: at, in femininis à centro longius abeat materia, in quo est vitalis calor: hoc verò planè imperfectionis sit argumentum. Quanto verò propiùs ille, posthabito autoritatis umbone, ad veritatis scopum collimasset? si telum argumenti invertendo, perfectionis argumentum judicasset, ubi tantū est caloris, quantum materiæ sufficiat, etiâ longiùs ab activitatis centro, quod in vitello Alberti videtur collocasse, recedenti. Taceo, vim, sive Marem sive Feminam excludendi, non ex figurâ testæ; sed conditione Seminis dependere: nisi tot Avium monstra, neutrum ad Sexum referenda, ex figurâ testæ naturali velimus deducta. Præterea, experimentū malè Albertus cum Experimentiâ confundit. Illud, multis est omninò modis fallax: Hæc, nisi limites transeat experiendi, nullo modo. Deinde, haud vacant suspitione experimenta Ejus, quæ in aliis non paucis apertè lapsum experimur. Tūc haud injuriâ experimentis experimenta opponas: quando quidem neutram de figurâ testæ, ad exclusionem sive Maris sive Feminæ, regulam esse certam, Brodæ sibi compertum fatetur. *Miscell. III. 25.* 15.

XXIII. Ornithologus ex ovorum singulis omnibus Feminas generari credit: si plenilunio parta, plenilunio etiam supponantur & excludantur. Sed arduum fuerit, sub plenilunio nata, statim supponere; nisi cohortem alueris Gallinarum. Quod si verò, decendiū ante suppositionē superantia, evanescant; haud expe-

II expectabunt proximū integra pleniluniū, plenilunio nata. Et, si in- 39
cubationis temp^o, prout locus calidior fuerit frigidiorve, decimo
octavo, vicesimo, aut vicesimo primo absolvatur die: qui tertio
demum plenilunio exclusio fuerit speranda? In Columbis expe-
rimentum foret facilè; siquidem prius Masculinum, post Femi-
num pariunt ovum. *Athen. Deipn. l. 9. c. XI. p. m. 394.*

XXIV. Consistentiæ diversitas, ante & post partum, §. XI.
notata, à diverso quoq; sine pendet. Ante partum mollis est &
ne nimium exitu excitetur doloris. Neq; enim omnis gallina
10 paritura difficultatis, vel ordinario partu, expers credenda. Est
uteri orificium angustum adeò, & exquisitè clausum; ut ejus in
partu dilatatio, absq; continui solutione, tantò succedat minùs,
quantò ovum fuerit majus. Sed & clamoribus, seu singultibus,
15 ut Columella *R. R. VIII. §.* vocat, dolorem Gallinæ, non superato
tantum partu; verum etiam parituræ declarant: ut minimè ille
frigidiori aëris in evacuatam vulvam ingressui veniat imputan-
dus. Præterea, ova nonnunquam conspiciuntur cruore con-
sperfa: quem si non lacerationi adscribas uteri; sed vasorum
20 turgentium diapedesi seu transudationi; certè compressionem
simul eorundem præsupponis. Deniq; Gallinas aliquando, in
partu ovorum, justo grandiorum, ob pariendi difficultatem pe-
riisse, experientiâ probatum.

XXV. Quantâ verò nondum editi ovi testa est mollitiæ;
tanta est, pro ratione magnitudinis, crassitiæ & duritiæ, post edi-
tionem: uti, quâ parte in geminos sese vertices porrigit, nisi in
25 obliquum feratur, vel robustissimarum palmarum compressum
eludat citiùs, ac collidatur. *Plin. H. N. X. §. 2.* quanquam pars a-
cuminata, ob minorem materiæ extensionem, solidior sit obtu-
sio. Sentiunt fornicata, per extremum pressa, minimâ sui
30 parte: quin, lateribus quasi stipata, ad compressum sese fulciunt
firmiter. Contra, per latera pressa, dum parte amplâ conflictan-
tur, faciliùs destruuntur. *Alex. Aphrodis. S. 2. probl. 145. Lemnius,
IV. occult. Nat. mirac. 14.*

XXVI. Duritiæ juncta est porositas. Quod si enim ex-
perimenta rationibus suprapositis subjungenda: non corrumpun-
tur tan-

40 tur tantum ova integra, viciniâ corruptorum; verum etiam, 11
gallinâ ovis incubante, si in eodem conclavi affetur ovum, aq;
acâ Tonitru, vel Bombardæ explosione, ovum fit urinû, & inter-
cunt Pulli, exclusioni utut vicini. *Kircher. Magnet. l. III. c. 1. p.*
m. 659. Si filo circumligatum ovum candelæ admoveatur; non, 5
nisi post longiorem moram, comburitur filum: quod testæ po-
ros transfudans humor, filum humectet, quemadmodum lebetis
fundum Frigida transfudans humectat, superposita flammæ. *Spen-*
ner. Delic. Math. part. XI. prop. 26. 67. Eadem humoris transuda- 10
tio observatur in ovo, cineribus asso. Contra, Frigori exposi-
tum, raro non gelascit totum: sed congelati Testa, glacie extus,
quasi cute obducitur, frigidæ immersa. Illic sc. frigus concen-
tratur: heic, ad Peripheriâ, ex centro, revocatur per poros. Sed,
ne arcanû Stegno-graphicum, cujus mentionem, ex Africano, in 15
Geoponicis Græcis, Cardanus *subtil. l. XVIII. p. m. 650.* facit, præ-
teream: terito gallas & alumen cum aceto, donec atramenti
spissitudinem acquirat. Ex hoc, quicquid libuerit, testæ inscribito &
postquam Scriptura in Sole fuerit exiccata, in sacri Ovum
muriâ coquito. Sic evanescentes è testâ characteres, in indu- 20
rato apparebunt albumine, testâ detractâ.

XXVII. Equidem sunt, quæ hanc infringere porositatem
videntur. Ob impeditum contentorum rarefactorum ex-
itum, tosturâ communiter ovum diffilit, quod aquâ ceteroquin
coctum integrum maneret. Ast, ut accidere heic testæ taceam,
quod fictili omni, violentius tosto & diffilienti: contenta ovi 25
lenta & glutinosa, calore rarefacta, poros quidē non offendunt
nullos; verum haud satis patulos viscositati, tantò majori impe-
tu spatiosius solito spatium molienti, quantum vis fuerit ignis ma-
jor. Contrâ, reddiit sub cocturâ aqua, humiditate calidâ, poro-
sitate testæ laxiorem: unde nec diffilitionis aut rupturæ me- 30
tum iaducit.

XXVIII. Qui Anglicanum frigoris experimentum, quo
dicitur Nobilissimus Boyle, ope mixturæ, ex sale & nive, conge-
latorū ovorū testas dirupisse, *Schott. Technic. curios. l. 2. c. 26. p. m.*
246. porositati earum objiciunt: hi quidē frigidè nimis rem suam
agunt. 3

11 agunt. Quàm enim frigus externum concentret calorem in- 41
ternum; quàm penetret corporis, ad resistendum invalidi, in-
teriora, suiq; insinuatione congelata distendat; quàm contra
5 stypticitate, ut ita loquar, suâ, poros præcludat: illud verò lippis
penè & tonsoribus innotescit. Quòd si itaq; glacies, in quàm a-
quosiores Ovi particulæ, vi frigoris intensioris sunt mutata: angu-
10 stia spatii haud contenta, testam hinc inde distendendo rumpat;
eadem prorsus est ratio, quæ vitri porosi, aquosiore liqvore repleti
ac, superveniente frigore intensiore, rupti. Quæ enim in eo, an-
te congelationem, notabatur liqvoris superficies horizontalis;
15 ea elata & convexa quasi, dum majus corporis spatium occupavit,
(conspicitur, postquam congelavit.) Hinc & frequentius rum-
pitur vitrum, integrè repletum Phlegmate, ac, quod magna-
est parte vacuum relictum.

15 XXIX. Minus verò porositati obstabit testa, quæ evacuata,
rore Majali repleta, cerâ obturata, juxtaq; hastam, perpendicu-
lariter erectam, Soli meridiano opposita, radiis ejus paulatim,
ad cacumè hastæ, dicitur elevari. *v. Fludd. Macrocosm. Tr. 1. l. 7. c. 3.*
20 *experim. 2. p. m. 198.* Rectè namq; alii hujus experimenti Præcon-
nes subjungunt: si minus ascensus succedat; baculi eum vel ta-
bulæ adminiculo posse promoveri. Quibus ego quidem addo
nihil; nisi quòd, si vel maximè eventus responderet præscripto,
Junium his locis, varias ob rationes, Majo præferrem.

25 XXX. Ceterum corporis hujus porosi Superficies, convexa
æquè ac concava, Lævitatē requirebat: ne asperitudo aut scabri-
ties, sub partu, Matrem; vel, sub productione pulli, Gallinam of-
fenderet incubantem. Neq; lævitatē inæqualitas tollit, ex vaso-
30 rû, dum calyculo inhærebat ovû, vestigiis notanda: quandoquid-
dem ne interiori quidem Calvæ tabulæ, Meninges respicienti,
ea negatur. Interea, haud universalem facit, ex Naturali-
bus quidem, Ranæ marinæ ovum squamosum & asperum. *Æ-*
lian. XIII. Hist. anim. 5. Sed & Avium recentia, aliquantu-
lum scabra sunt: requieta, ut cortice obscuriore; ita & læ-
vigato magis constant. Ex Præternalibus lævitatē deside-
40 rarunt

42 rarunt, quod Aldrovando ovū donatum fuit, plucis rugisq; insi- II
gnitum, *Ornithol. l. XIV. p. m. 140.* quodq; Romæ olim, cum testā,
Serpente cælata, prodiit: quō ipso Ovonem Hungariæ, qui tot
Henrico Quarto, Romanorum Regi, negotia faceſſivit, haud abs
re, alii prodigiosè voluere declaratum. *conf. Aventin. Annal. 51*
Bojor. l. 5. p. 317. &c.

XXXI. Porositatem Fragilitas & Friabilitas comitan-
tur. Sed Finis est: ut Pullo, ad exclusionem parato, testa ape-
riatur facilius; sive ipse eam Pullus vegetior rostro pertundat;
sive, hunc vietiozem in perficiundo opere sentiens, Gallina per- 10
fringat. *conf. ad Hippocr. de Nat. puer. XLI. 19. Harvejum Generat.*
anim. Exercit. XXIII.

XXXII. Hac fini unam omninò testam Ovo suo sufficien-
tem Natura voluit. Excessus ac defectus, observari soliti, pro
errore sunt Naturæ habendi. Excessus est: geminam appare- 15
re, qualem ex Alberto vidimus. Inter utramq; albugo erat fu-
sa, quæ introrsus viseretur item; sed aquosa tenuisq; nullo pror-
sam vitelli vestigio relicto. *conf. Cardan. VII. de Rerum Varietat.*
c. 39. p. m. 145. Similem observavit Bartholinus. *Centuriâ V.*
Hist. 95. Defectum dico in Ovis teneris, seu præmollibus. 20
Nicandri Scholiastæ *avis eana*; Germanis, die Wind, Eyer nomi-
nantur, seu Subventanea: non, quod cum Hypenemiis sint con-
fundenda; sed, quod æris quid in sese continere deprehendan-
tur. Quantumvis verò tunicaceâ sint substantiâ cincta: quia ta- 25
men tunica non in testam abiit, meritò testæ judicatur de-
fectus. Oritur malum, culpâ cum externâ tum internâ. Ex-
ternam dicas: sicubi ictu graviore, gelidæ perfusione, aliâve
quâ vi, vel etiâ pane, aut secali nimio, gallina paritura fuerit ex-
cepta. Ictus damnus successu temporis communiter superatur:
nutrimenti vitiū avena corrigit, hordeum ve. *Coler. Oeconom. XIII.* 30
c. 87. p. 516. Interna culpa est, vel in nimia materiæ testaceæ hu-
miditate, vel in multitudine Ovorum, sese invicem comprimen-
tium, & privantiū cum alimento necessario, tum perfectione
sufficienti. Sed nec Vulvæ, debilitate laborantis, aut pinguedi-
ne occupatæ vitium heic est reticendum. Illius calor insuffici-
ens

ens est, maturo ovo perficiendo: Hæc, impar est retinendo, lubricitate vexata. Utraq; ovum non tam parit, quam abortit, Debilitati alii, albumine asso & uvis passis tostis, anaticè tritis, atq; ante alium cibum oblatis, medentur. Pinguedinem excedentem seminis lini esus depascit. Quòd si Phantasia error, inordinato appetitu, Partum anticipando, abortum promoveat: Excitationis superioris §c. XLI. medela quidè est indigitata. At tamen, & aliâ ratione, mora fortean partui injici posset. Certè, columbaceo generi facultas retinendi Ovi, etiam tempore partus est. Nam, si ab aliquo vexetur, aut penna è nido evulsâ, vel quâvis aliâ simili re infestetur; aut etiam sponte morosius habeat; Ovum ex perturbatione retinens, partum retardat. *Aristoteles VI. Hist. an. 2. fin.*

XXXIII. Color deniq; testæ est, vel naturalis, vel præternaturalis, vel artificialis. Naturalis aliis est candidus, ut Gallinarû, Columbarû, Perdicum, Anserum ovis; quæ tamen, recentia, albidiora sunt requietis, quòd ætate obfuscentur. Aliis pallidus, ut avium palustrium; aliis, punctis distinctus, ut Aquilarum, Meleagridum, Pavonum: quanquam his Plinius tribuat rubrum, si lectio nostra Ejus versioni respondet. *H. N. 52.* Huc refer Calecutensium fœcunda: novissima enim duo alba sunt, eaqve infœcunda, & quasi hypenemia. Aliis est ruber & quasi miniatus, qualem Aristoteles *VI. Hist. an. 2. fin. r̄c̄ 102. e. d. 6.*; Plinius *X. Hist. Natur. 53.* Tinniculi dicit: ut eadem hæc esse avis videatur. Avis Emeu, ex Moluccis Insulis, superiori seculo delatæ Testa, ex cineraceo virescens, creberrimis tuberculis, saturatâ viriditate conspicuis, est ornata. Aliæ, in iisdem Insulis, ex albo cineraceæ, nigris maculis & lineis: alia, dilutiùs virentes, subcœruleo quopiam admixto, majusculis item & minusculis nigris maculis, variè dispositis, sunt distinctæ. *Clusius. Exoticor. V. 3.*

XXXIV. Præternaturalem Colorem dico, qui alius est, ac esse debebat. Exemplo sit Ovum purpureum, in Aulâ Mediolanensi, simulac Antoninus Geta natus esset, à Gallinâ partum, Hoc, quum in Regiam delatum, Bassianus frater, natu major, accepisset,



44 cepisset, terræque applosum, parvulus, fregisset; Julia Pa- 11.
rens, joco quidem; sed ominolo, Parricidam eum fertur incre-
passe, Fratremq; occisum, exclamasse! *Spartian. in vita Geta p.*
m. 189. In præsentis Sacræ Cæsareæ Majestatis Regiâ, peperit
Viennæ, præter morem quidem, tum extra solitum æstatis tem-
pus nidumq; in nudo frigidoq; Regiæ tecto, quinto Februarii,
Anni M DC LXXII, nutrita hæctenus ibidem Aquila, non ma-
culis distinctum; sed candidum Ovum: & nata est, biduo post,
Serenissima Princeps Maria-Anna-Apolonia-Josepha-Antonia-
Scholastica, quæ tamen, haud diu à perceptâ lucis usurâ, dolor! 10
denata.

XXXV. Artificialis color est, qui quaquâ est inductus rati-
one artificiali. Admittit namq; omnis generis colores albedo
testæ, quos singulos recensere longum foret. Huc faciunt Ste-
gnographica arcana. Eorum sequens commendant, ex Cardano, 15
c. l. Weckerus, *Secretor. IIX.* & Pedemontanus. *Secretor. VII. p. m.*
326. Si in Ovo, cerâ obducto, litteras, donec testâ appareat, stylo
exaraveris; deinde per noctem illud aceto immiseris; post, ceram
abstuleris; offendet litterarum figuram, aceto conspicuam reddi-
tam, & transparentem. Colerus *Oecon. XIII. 73.* Ornitholo- 20
go, pullos eo exclusum iri colore, credit, quo Ova excludenda fo-
rent imbuta. Mihi viridantem, Æris viridis ope, in juventute,
intendenti, eventus planè non respondit, quod colorata Ova ab
aliis Gallina incubans removeret.

XXXVI. Hæctenus de Testa. Sequuntur Tunicae: quas 25
minimè quidem, ut testam, absolutè; bene tamen respectivè,
partibus continentibus adscribas. Continentur & Viscera, & Va-
sa, animantium ventribus: nihilominus, respectu contenti hu-
moris, ad continentes corporis sui partes referuntur.

XXXVII. Tunicarum voce intelligo cum Galeno, *IV. Uf.* 30
Part. 9. & Antiquis, cujuscunq; generis tegmen molle, simplex
compositum, tenue crassum; sive Menyngem dixeris, sive
Membranâ, sive Tunicam, speciatim intellectâ. Earum tres hæc-
tenus vulgò formaliter fuere numeratæ. Aristoteli tamen plu-
res jam innotuisse, locus, qui est *VI. Hist. an. 3.* declarat. *PRIMA,*
POSTRE-

II POSTREMAQ; ad testam, Ovi membrana posita est, non testa ipsius nativa; sed ALTERA, illi subiecta. Liquor in ea candidus est. Deinde, pullus continetur obvolutus MEMBRANA, ne in humore maneat. Mox pullo vitellus subjacet, (etiam membranâ cinctus,) in quem alteram ex venis proripere, dictum est, quum altera albumen ambiens petat. Cuncta autem ambit MEMBRANA cum humore, specie saniei. Tum verò MEMBRANA ALIA, ut dictum est, ducitur, arcens humorem: sub quâ vitellus, ALIA obvolutus MEMBRANA, in quem umbilicus à corde ac venâ majore oriens pertinet, atq; ita efficitur, ne Fœtus alter utro humore attingatur.

XXXVIII. Malpigijs, de Ovo, p. m. 25. sex numerat: ex quibus binæ, Cortici immediatè succinctæ, subjectas Ovi partes universas continent. Tertia, albumen tenuius, s; Aristotelis liquorem candidû dictum; quarta, crassius; s; albumen simpliciter Aristoteli appellatum; quinta, materiam Amnii, in quâ pullus natat; sexta, vitellum obducit. Quòd si verò Non-Entis nullæ sint affectiones; nec Viviparorum uterus, ante imprægnationē, Secundinâ occupatus; nec materiæ Amnii, in qua natat pullus, ante Ovi suppositionem, usus sit ullus; contra humores Ovi, sub incubatu, successivè mutantur; ac post sex demum, ab incubatu, horas, Amnium, ipsi Malpigio, c. l. p. m. 5. in cicatriculæ centro sit repertum; in propatulo manet: esse effatum Ejus, æqvè ac Aristotelis, de supposito jam Ovo intelligendû, nec nisi quinq; tunicas nondum suppositis formaliter remanere.

XXXIX. Quocunq; verò tempore Ovum consideres; priores binas, communes; posteriores, proprias appello. Communes, pro simplici hætenus vulgò habitæ, communi Putaminis voce, communiter hætenus sunt expressæ. Politianus in Rustico, vers. 424.

anus auscultat, an intus
Pipiat involucer pullus, tenerumq; Putamen
Pertuderit molli rostro, atq; erumpere tentet.

Non esse Testam putamine notatam; vel ex auscultatione judicaveris anûs, quâ ea erumpendi conatum in pullo explorat, quem visu ceteroquin rectius explorare diceretur, si ipsa foret testa pertusa. conf. S. XXXII.

XL. Marcellus venustè ovi Vestem dixit: *vestem ovi delicatam interiorem siccata[m] contere, vino misce & cola, & ex aqua calida Dysenterico da bibendam.* Hippocrates passim *ὀνίνα*, membrana s: pelliculam, vocat. Exemplo sit locus, qui est de Naturâ Pueri, IV. 25. *ἐν τῷ ἔνδοξ ὀνίει τῷ ὕπερ ἀλαφραίνετο*, in internâ pelliculâ inclusus liquor pellucescat. Idem nominis Aristoteles ferè ubiq; retinet, tum maximè, loco proximè allegato. Andrea Bel-lunensi, in *Averroem*, Algarichi dicitur: quæ vox tamen & arundinum membranâ interioribus communis perhibetur.

XLI. Ad Rem si respicias: sunt Tunica hæ communia Ovi involucra, quorû alterû testæ quàm arctissimè succinctû. Tunica-cæ substantia reqvirebatur; ne cõtenta molliuscula duritiæ testæ offenderentur. Hinc eam Natura, quasi mediû, interposuit, quod validius quidem & durius ceteris contentis; mollius verò testâ continent foret. Ac meritò quidem hæc est Eius sagacitas repetenda, quam §. X. notavimus in Plantis. Sed & animantium Calvaria ac Cerebrum, interpositas Meninges habet: ne, quod est mollius, ad objectum durius immediatè allideretur; contrâ, intercedente medio, felicitiùs defenderetur ab injuriis externis.

XLII. Quàm verò Meninges inter se: tam etiam Tunica hæ differunt, texturæ & consistentiæ modo. Neq; tantùm crassiores aut tenuiores sunt, pro magnitudine & specie ovi; verùm etiam exterior crassitiæ superat interiorem. Ultramq; interim esse porosam; quæ de Testâ §. XXVI. protuli experimenta, declarant. Quin & luci opposita, poros, æqvè ac testa, cum striis, ex vasorû impressionibus natis, ostendit. Ceterùm lævis-sima utrimq; coloris est albicantis. Quantumvis verò testâ sit tenerior, facta testa tamen sæpè manet, fractâ testâ, Exemplo sint ova, ex Schotto §. XXVII. adducta, quorum testa frigore disrupta erat, putamine integro relicto: quòd haud sit adeò fragile, aut friabile; sed aliqvatenus extendi possit, & cedere loco.

XLIII. Itaq; quemadmodum Commune ovi involucrum Putamen est; ita, sub incubatu, vicem Uteri gerit. Simul enim & Principium Fœtus, conservativum æqvè ac constitutum, & Secundinas complectitur, uteri proportione, Hæc differ-

II rentiã: quòd Viviparorum uterus in parente sit; in Oviparis, 47
parens quasi in utero. Hic, quum cibum pullo è luteo præstet;
nunquam Putamen visitur vasis occupatum. Ad exclusionem

9 XLIV. Tunicarum propriarum primam & secundam, Al-
bumineas; tertiam, Vitellinam; quartam, Amnion, à contentis;
Omnes verò, à tenuis substantiã modo, ~~à quibusdam~~ Araneosas, qua-
si ad aranearum telas accedentes, dicere possis. Aliquot ab in-
10 cubatu diebus commodissimè conspiciuntur: v. Malpig. c. l. p. 21.
interea & ante incubatum quodammodo investigantur. De
iis Harvejus, c. l. Exerc. XII. Bina ovi albumina distincta esse, vel
hinc constar: si, ablato cortice, membranam utramq; proximam pene-
traveris; videbis alborem liquidum & exteriorem protinus effluere,
15 & crassius albumen, locum, & figuram suam globosam servat; utpote
membranã propriã, tenuiq; adeò, ut visum prorsus effugiat, termina-
tum. Hanc autem si secueris; secundum albumen illico, hac illuc
sparsum, effluit, & figuram rotundam amittit, perinde, atq; è vesicã
20 sectã humor in ea servatus prorumpit, & disruptã propriã vitelli
membranã, liquor croceus egreditur, & globositas pristina subsidit.

XLV. Officium est: ut, ante pulli productionem, suum.
quãq; contentum ambiat; sub formatione autem pulli, omnes
Secundinarum vices subeant. Quæ proximè pullum am-
bit, Amnii; quæ albumen, Chorii. Quandoquidem verò
25 haud intra parentem suam nutritur Pullus; sed ovi lucidum in
cibũ accipit; iccirco hujus quoq; tunicam suo modo referas ad
Secundinas. Singulæ sub incubatu sua recipiunt vasa, ad umbili-
cum geminum pertendentia, quorum alter in tenuius, mox
crassum etiam albumen; alter in vitellum conspicitur produ-
ctus. Priore latius patet posterior. Ille, Pullo crescente,
30 primus etiam confidet: Hic, brevi ductu, tenui annexus intesti-
no, collabitur circa pulli exclusionem. conf. Malpigiũ, c. l. p. 25.

XLVI. Malacoderma, hoc est, molli tunicã vestita ova,
testã non requirebant: quòd hæc, friabilis, ab extensione sit alie-
na; illa verò, quantumvis ex Squammosis minutissima edita, tan-
sum ex-

48. tum ex templo incrementi capiant, ut primum intra diem, vel proximum saltem, jam animadvertere id liceat, in Glanio, quem malè cum Siluro confundi, apud Vossium *Theol. Gent. l. IV, c. 16.* videbis, ad magnitudinem ervi; in Cyprino, milii. Sepiæ ova, initio baccae myrti nigrae, tandem avellanæ nucis sunt magnitudine. Sed nec corruptionis periculo, adeò sunt objecta Malacoderma, ut testâ egeant, adversus foris incidentia detrimenta: quandoquidem haud requieta manent, quin potiùs, vel è minimis fecundatis, primo statim triduo, pisculos conspicias. Aliis, locus natalis, connexio, occultatio, specialis deniq; custodia, securitatem præstant.

XLVII. Viperarum & Cartilagineorum ova, quemadmodum parentis suæ corpore operiantur; Exercitatione superiori §. XXVI. est indigitatum. Crustatorum Feminae caudatae, foris edita, sub caudæ rugis fovent, ventri juncta. Latior hinc est iis cauda ac Maribus, eaqve quinq; pinnis prædita, ne cundo ova atterantur aut excutiantur: idq; præcipuum est Sexus signum. v. *Aristot. IV. Hist. anim. 2. V. 17.* Λάγι, seu Gratia, pariunt in cautibus marinis. *id VI. Hist. 14.* Mus marinus terræ, scrobe effosso, sua ingerit, & obruit terrâ. *Plin. IX. 51.* Gobi- ones juxta littora pariunt, lapidumqve complexibus ova mandant. Idem & ceteri faciunt: namq; littora & tepidiora sunt & tutiora, ne foetus à fluctibus absumentur. Cibum etiam uberiorem præbent: unde fit, ut in Ponto, circa Thermodoontem amnem, plurimi pariant: est enim is locus tranquillus, tepidus, & aqvarum dulcium copiosus. *Aristot. VI. Hist. 13.* Equidem grandiores Glanii stagno pariunt altiore, & nonnulli vel trium passuum altitudine: minores tamen breviori contenti sunt gurgite, præcipuè ad radices Salicis, aut cujusvis arboris, atqve etiam inter arundines, algas, & congeriem muscosam. Cyprinus, Balerus, & ceteri ferè omnes, vadis se intrudunt, parturientes: *id ib. c. XIV.* Serpentes nostrates suam foeturam in fimeta & prope stabula, aut, hæc si denegentur, in terram abscondunt. Apes, si quæ pariunt, *vid. Aldrovand. de Insect. l. 1. p. m. 25.* cellulis recondunt. Eruca, in altioribus arborum ramusculis, maxi-
mè

II mè versus meridiem, folliculo, ex arboris foliis parato, eoq; in- 49
tus telis, araneorum similibus pleno, & se, & sua includunt.

XLVIII. Præterea, ex conglatinatione aliis, aliis ex speciali
custodia securitas accedit. Erica, altiori quidem gurgiti, sed gre-
5 gatim sua ova mandat: contra, Fullonem quem appellant, is lit-
tora petit tranquilliora; sed quoq; gregalis est. Glanii & Percæ
continentem emittunt suum foetum, ut Ranæ. *Arist. VI. Hist.*
14. Ad eò enim continuo sibi filo hæret, ut arundine admotâ,
attractoq; ovorum uno, seriem quoq; reliquam agglomeret.
10 Idem circa Serpentes observes, quarum Ova foris, ad monilium
modum, sunt contexta. Quandoquidem verò, Piscium cetero-
rum omnium foeturam imperfectam, virus genitale Maris a-
spersit: iudicatu facile est, non, nisi glomeratam à Matre edi.
Mollium Ova, masculino aspersa semine, quasi glutino sunt
15 conjuncta. *id. III. de gener. an. 8.* In specie, Sepiæ suis atramen-
tum superinfundunt, quo ita racematim cohærent, ut cuncta,
uni cuiuspiam nexu agglomerata, facile à se invicem separari ne-
queant. Emittit enim Mas venereum humorem quendam
muscidum, qui viscidam naturam consequitur. *Id. V. Hist. 18.*
20 Hoc quia nemo, nisi doctus, facile intellexerit, omnium opti-
mè Lindanus meus, felicitis memoriæ, etiamnum desideratissi-
mus, pro singulari suo, quo fulgebat acumine, *Selector V. 47. Sc.*
dilucidavit. Locustæ inter crustata, ubi sub caudâ, intra diem
maximè vigesimum, Ova concoxerint, abigunt universa, ita in
25 idem conglomerata, ut foris videantur congesta. *Arist. V. Hist. 17.*

XLIX. Ex Piscibus, qui ova in specie custodiant, Cypri-
nus est. Illud tamen non præstat, nisi suis in unum compositis
intervenerit. Quod, cum forte fortuna fit, amat & ipse ea ser-
vare. Glanio, quia tardissimum est ex Ovis augmentum, eademq;
30 Femella, quæ peperit, negligit; iccirco Mas, vel XL. aut L. diebus,
assidere iis, ac observare solet, ne Foetus à piscibus occurren-
tibus devoretur. *Arist. VI. Hist. 14. Plin. IX. 51.* Mus Marinus tri-
cesimo die refossa aperit, foetumq; in aquam ducit; ut hinc etiam
colligas Brutorum. Thunni ab hæc tamen, Oppiano l. I.
de piscib. vers. 756. Sc. notante, sunt alieni, ut qui devorent Ova
propria, simul ac ea pepererunt. G. L. De-

L. Deniq; , impedimento foret Malacodermis testa :
quòd circa Pulli exclusionem, rostro ea veniat aperienda : Illo-
rum autem Fœtus tenellus destitutus sit rostro.

LI. Ceterum Tunica Malacodermis alia est externa, alia
interna. Illa crassior & validior, quia Uteri; Hæc, tenerior,
quia Secundinarum habet rationem. Illa Fœtum, & nutrimentum
Fœtus; Hæc solum Fœtum continet: unde illam formaliter
omni; hanc, soli fœcundo ovo inesse concludas. Inter u-
tramq; humor est positus, qui Fœtu crescente, per meatum;
avium umbilico, ad vitellum tendenti, respondentem, in Pilci-
um genere paulatim absumitur. Differt namq; Horum gene-
ratio ab Avibus: quòd altero Umbilico, ad Chorion in Avi-
bus porrecto, careant. Aucto fœtu, membrana exterior ovum
cum pisciculo continens, excutitur. Hinc &, ovo rupto, pisci-
culus prodit. Xylophorus tunica sua nativa continuo inhæret,
ut limax testa. Quod si illam detrahas, expirat pariter, ac Li-
max hebescit, testâ detractâ. *Arist. V. Hist. anim. 32.*

LII. Affectiones Tunicarum externarum, Magnitudo, In-
crementum, Substantia, ex dictis patefcunt. His adde, quòd
consistentiam habeant duriolem, quæ piscium sunt squammato-
rum aut crustacei generis: molliorem, quæ se Mollibus debent.

II. Gener. an. 1. Figura communiter apparet spherica: Sepiæ,
Serpentum, Formicarum, spheroides & quasi columnalis. Color
ex squamosis ferè omnibus, tum Serpentibus natorum, est albus;
Sepiæ editorum, candidus: affuso autem atra mento, niger. Ni-
ger quoq; est variorum Insectorum. Hippocampi, ruber. Hi-
rundinis piscis, & Crustaceorum, subfuscus aut instar corallii albi
impoliti, qui tamen ad cocturam rubescit. Formicarum Ova sunt
pallida. Lampyriûm, splendida. Papilionum fœcunda brevi co-
lorem mutant, ex Citrino in violaceum: subventanea verò,
quæque ovarii truncum non attigere, citrina & infœcunda per-
durant. Aureliarum alia aurea, alia viridia, alia pallida
conspiciuntur. *Aldrov. de Insect. l. 2.*

EXERCITATIONIS SECUNDÆ SCENOGRAPHIA.

- 1. Etymologia, 2 Synonymia, 3. Homonymia, IV ad VIII.
- 4. Analogia cum seminibus Plantarum, { Autoritate IX.
- qua probatur { Ratione & Ex-
- perimentis X.
- 5. Efficiens XI.
- 6. Materia XII. XIII.
- 7. Finis XIV.

a Testaculo

- 1. Magnitudo { Naturalis XV.
- Artificialis XVI.
- 2. ^{2^o} Præternaturalis XVII.
- 3. ^{3^o} Naturæ { ante partum { Ratio XVII. Modus forman-
- inducantur { di XVIII. Officii diversitas,
- quæ vertices XIX.
- { 1. Saporis discretionem
- XX.
- 2. Maris vel Femine pro-
- ductione XXI. ubi notan-
- tur { 1. Albertus XXII.
- 2. Ornithologus
- XXIII.
- 4. ^{4^o} Mollitiei & duritiei diversitas { 1. ante partum XXIV.
- 2. post partum XXV.
- (1. Experimentis XXVI.
- 5. ^{5^o} Porositas { 2. remotione { Calore, XXVII.
- probata { objectionum { Frigore, XXVIII.
- desumptorum à { Rore Majali. XXIX.
- 6. ^{6^o} Levitas & asperitudo XXX.
- 7. ^{7^o} Numerus { 1. requisitus XXXI
- XXXI. { 2. peccans in { Excessu
- { defectu XXXII.
- 8. ^{8^o} Color { 1. Naturalis XXXIII.
- { 2. Præternaturalis XXXIV.
- { 3. Artificialis XXXV.

1. Numerus

Definitione Reali aduclâ I. explicantur Partes Ovi continentes II. III. in
a I. Osraoderms

10
15
20
25
30

†

1. Numerus XXXVIII. XXXVII.

*

b Tunica
XXXVI.
quarum
adducitur

1. Communes, quarum

1. Synonyma XXXIX.
XL.

2. Substantia ratio
XLI.

3. affectiones XLII.

4. Usus { 1. ante sup-
positionem
2. sub incu-
batu. XLIII.

2. di-
stinctio
in

{ 1. existentia investigatio XLIV.

2. Proprias, quarum

{ 2. officium ante & post pulli for-
mationem.

{ 3. affectiones XLV.

Malacodermis quorum Tunica

1. Ostenditur Natura lege
à testaceâ substantiâ
aliena ob

{ 1. subitum incrementum, post
partum. 2. citam produ-
cendorum exclusionem XLVI.

{ 3. Securitatem, quâ gaudent,
à loco natali, connexionem,
XLVII. occultatione, XLVIII.
speciali custodiâ XLIX.

{ 4. Impedimentum, à testâ fu-
turum. L.

2. distinguitur ab internâ LI.

3. explicatur qua

{ 1. substantiam, & usum LI.

{ 2. affectiones LII.



PRæsidae Döbelio, noster Schlacovius O-
va,

Materiem litis dum cupit esse suæ:
Ingenium Juvenis felix miratur & ipse
Hippocrates, quod sic solve cuncta queat.
Præprimis vigili studio cum Jura sequatur,
Astræamq; suam nocte dieq; colat.
Esto igitur felix labor iste Suisq; Bonisq;,
Et post se multo plura brabéa trahat.

GEORGIUS RADOVIUS, D.

& Cod. Prof. Publ. Nobiliss. Statuum
Provinc. Ducatus Meklenburg.
Syndicus.



AD NOBILISSIMUM ET FLORENTISSIMUM
DN. RESPONDENTEM,
AVUNCULUM INTIME DILECTUM.


Vi defendis, prædulcis AVUNCU-
LE! TESTAM,
Ingeniiq; Tui TESTULA TESTIS adest.
Victor

Victor ova! & posthac velocibus utere TESTIS!
Dum loca non-Nostro lucida Sole petis.
Sic rediens pulcris PATRIAM Virtutibus
orna,
Sic reducem ornabit Te tua Terra. VALE!

Honori & Amori quod debuit,
cum calidissimo omnigenæ Prosperitatis,
& felicitatis maximè itineris voto,

I. m. q. apponbat

PRÆSES.



OVa paras non-ova Sophum proponere mensis:
Non stomachos, animos ova replere parant.
Ova quidem mera mira ferunt: compendia mundi
Ova suo claudunt cuncta elementa sinu.
Ova volare queunt: comedes sine viribus ignis
Cocta; & condiri falsa per ova queunt.
Nascimur ex Ovis: Homines exinde venire,
Ipsa etiam pariens Leda docere potest.
Et vos, Tyndaridæ gemini, si fabula vera,
Ovi claustra simul progenerasse ferunt.
Sed superant HÆC OVA fidem. Quis crederet Ova
Prodisse ex cerebro, svavis amice, tuo?
Et tamen ex cerebro paritis: non amplius ova
Progenerant homines, ova sed ipsa VIRI.

Sit,

Sit, precor, hic felix ovorum partus, & ova
Mille tibi laudes, commoda mille ferant!

*In amoris & benevolentia testimonium, ludente ca-
lamo, doctissimo Dno. Respondenti, de Ovis
disputaturo, hac fudit*

M. Franciscus Wolfius,
Log. P.P.

XX

IN fragili, fateor, re, laudem qværis, Amice,
Illaq; non fragilis nec peritura venit.
Sic nil spernendum! magnorum semina,
semper
In minimis latitant. Tu quoq; Magnus
eris.

Cùm videam tot Nobil. Dno. Respondenti gratulantia
carmina, & meum sincero profus animo
adiicere volui.

M. Johannes Mankell
Gr. Lit, P. P.

XX

Als Wissen steigt noch. Was hat nicht unsre Zeit
Der alten Künste Glanz für Strahlen beigelegt?
Der Weisheit Ozean/so heut noch wird bewegt/
Quillt immer neue Fluß der Nimmersterblichkeit.

Man

In dem du öffentlich wilt dorthun und beweisen
Der Euer Eigenschafft. Was gilts? Es wird zu Lohn
Apollo selbstn dir die wollverdiente Krohn
Der Ehren setzen auff. Fahr fort/ dein Lob soll greisen:
Du bist dem Löwen gleich/ so noch vor seiner Zeit
Der Höhlen sich entreißt und mühtig sich erfreut.
Fahr fart du; junger Greiß an Tugend nicht an Haaren
Dein Lob hat Fama schon den Seulen eingeschnit.
Allwo der Musen Zunft ben Hypocrene sitzt.
Drumb wirst du mehr un mehr in solchem Fleiß fortfahren.

Dieses setzte zu Ehren seinem liebwehrtesten Freunde

M. Paulus Henning/



Sonnet.


Sie recht! ein kluger Geist/ den die Begierd' entzündet/
Stellt ihm die ganze Welt zur Unterweisung für;
Erforscht/ was längst und jetzt/ was etwa dort
und hier
Sich zugetragen hat/ und sich auff Wahrheit gründet.
Sein Buch ist die Natur/ die er sich unterwindet
Zulernen aus Ihr selbst zugleich/ und dem Papier
Der Alten/ welches uns zeugt ihre Kunst und Zier/
Und Wunder/ die man offte bey geringen Sachen findet.
Ob dich Papinian gleich wil zu eigen haben/
Nimmt/ Wehrter/ doch die Lust dich/ viel zu wissen/ ein/
Und wird hierin dein Fleiß vom Pindus hoch erhaben.

Das

Das Werck/ darumb^{**} du dich bemühet hast/ ist klein/
Der Ruhm davon ist groß: und geben deine Gaben
Von sich den ersten zwar/ jedoch nicht kleinen Schein.

Womit des Herrn antwortenden sein Vornehmen
beglückwünschete

Ernst Lange.



Quisquis ad insignes palmae contendit honores,
Et lauro incingi non sine laude cupit:
Hunc sudare prius, prius hunc certare necessum est.
Absq; labore gravi nulla corona datur.
Haec Tibi sunt (fateor) cordi doctissime SCHLAKAU!
Quod praesens studium non sine Marte probat.
Ergo tuis merito conatibus ore faventi
Applaudens semper, gratulor ex animo.
Prætereà lator, quòd res sub Præsìde Tanto
Te bene tractantem docta corona videt.
Sic perge, & ducibus Musis quem & Apolline cursum
Cœpisti, egregiè continuare stude.
Sic Patria pergratus eris, pergratus amicis:
Et tandem votis sæpè cupita feres.

Pauca hæc
Clarè docto Dn. Respondenti
apponere voluit

Christianus Brandes,
Rost, Megap.

Quicquid

Quicquid habet Mundus, tenerum complectitur Ovum:
Coelum Testa refert; atq; Vitellus Humum,
Candida quæ croceum circumfluit unda vitellum,
Aeris hic aliquis circulus esse queat.
Ovi igitur doctâ pandens mysteria linguâ,
Philosophi laudes jure merere tuo.

Ita pereximio DN. Respondenti applaud:

Eberhardus von Bergk/
Rostoch.LL.Cultor.



Quæ quondam, exacti gallinæ conscia partus,
Clauserat angusto rustica parca penu:
Quæque abscondiderat densis benè cauta vepretis
Ova, ut ab insidiis tuta maneret avis;
Et, quæ jactantur liquido vel in amne, vel alto
In pelago, piscis dum parit Ova frequens.
Proponis plenâ nobis in lance papyri,
Cui gemmata tamen cedere jure potest.
Maeste animi, partum propugnes fortiter Ovum!
Ut tibi sic laudes mille decusq; pares.

*Paucula hæc, in benevolentia significa-
tionem, Præstantiss. Dno Respon-
denti, Amico atq; Convictori
suo jucundissimo,*

scribebat

Henricus vom Krogel/
Lubecensis,

AVE!
AMICE

SvaviSime

Q uem capite gesto

Avemq; cape
non-Avem

Ovum das
Ave reddo

Bonis Avibus

Hæc ad Te advolet Avis

O! Suavis Musarum avis

Quam tulit ætas Parentum

Pejor Avis Avis meliorem

Ova olim Homines

Nunc homines pariunt Ova

Partus hic est rarus

Et quia rarus carus est.

Felicibus edite Ovis

Si Teres adversæ premunt

Meliores cogita Aves

Et memor vive illius

Qui dum ales erit

Tui memor vivet.

In terea

Alta petas

Faustis velorum alis

Tota navis sit avis

Et alatus pervoles orbẽ,

Non tamen ceu alter Icarus,

Sit Tuus comes qui mundo

Ceu avis Ovo incubavit!

His: VALE! VALE! VALE!

Sed quæ defendet SCHLAKOVUS Ova
Præfide DOBELLO

C. F.

Magnis natus Avis
SCHLAKOVI, Avis hæc tibi dicit Ave
Vive semper tanquam in conspectu Dei
Ut semper sub umbra alarum ejus vivas
Sidera sidero mortalis pectore scande
Ceu Jovis ætra petit pennâ alite Regius Ales.

Avia dum resonant avibus virgula canoris
Aviumque dulcedo ducit ad avium
Non suavium audire murmur avium
Non avium videre Ova aveo

Avia cum resonant aibus virgula canonis
Aviumve dulcedo ducit ad avium

83

AVE!
AMICE

Svavi Sim

Quem capite g

Avemq; ca

non-Aven

Ovum das
Ave reddo

Bonis Avis

Hæc ad Te advo

O! Suavis Musa

Quam tulit ætas

Pejor Avis Avis

Ova olim

Nunc homines p

Partus hic

Et quia rarus

Felicibus edi

Si Te res adver

Meliores cogi

Et memor viv

Qui dum al

Tui memor v

In terea

Alta pet

Faustis velorun

Tota navis sit

Et alatus pervole

Non tamen ceu alte

Sit Tuus comes q

Ceu avis Ovo

His: VALE! VALI

Magnis natus Avis


SCHLAKOVI, Avis hæc tibi dicit Ave

Vive semper tanquam in conspectu Dei

Ut semper sub umbra alarum ejus vivas

Sidera fidero mortalis pectore fande

Ceu Jovis astra petit pennâ alite Regius Ales,



Quicquid habet Mundus, tenera
Cœlum Testa refert; at
Candida qua croceum circumfluit
Aeris hic aliquis circulus esse
Ovi igitur doctâ pandens mysteria
Philosophi laudes jure merere

Ita pereximio

Eb

Quæ quondam, exacti gallina
Clauferat angusto rustico
Quæqve abscondiderat densis be
Ova, ut ab insidiis tuta
Et, quæ jactantur liquido vel in
In pelago, piscis dum pa
Proponis plenâ nobis in lance pa
Cui gemmata tamen ce
Macte animi, partum propugnes
Ut tibi sic laudes mille d

*Paucula hæc
tionem, I
denti*

H

ur Ovum:
umum.

denti applaud:

von Bergf/
h.LL.Cultor.


tus,
u:
pretis
s;
lto
quens.

test.
um!

ntia significa
Dno Respon
Convictori
issimo,

scribat

vom Krogel
abecensis,



the scale towards document